



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 28. Variæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII. chorum aliaque dicti Ordinis ministeria
A. C. 1644. incapax reperiatur, completo etiam
 unius & viginti numero, alias earum
 loco recipere valerent. Demum neo-
 electus Pontifex Innocentius X. die ter-
 tia Decembris ad implorandam Dei
 opem pro fausto regimine Jubilæum
 promulgavit: die autem decima nona
 Decembris decrevit, quod Cardinales,
 et si sint Principum Filii vel alia nata-
 lium prærogativa fulgeant, solo tamen
Cardinalis titulo contenti, absque ullo
 prosanæ dignitatis addito nuncupen-
 tur, nec inter se alio titulo uti valeant,
 quam *Eminentissimi & Reverendissimi*: imo
 nequidem suis gentilitiis insignibus
 coronas, cassides &c. sed duntaxat ru-
 brum pileum apponi current.

§. XXVIII.

*Variæ Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Conſt. SS. Congr. Rit. Episc. Interveniente Urbani VIII. obitu, &
 Innocentii X. electione, nonnisi pau-
 cæ Sacrarum Congregationum decisio-
 nes hoc anno occurront: has inter
 Sacra Rituum Congregatio die decima
 quarta Maij annuente Papa declaravit,
 quod dum quædam legata relinquun-
 tur cum onere celebrandi Officium cu-
 jusdam Sancti sub altiori ritu, quam
 qui

qui a Sede Apostolica est præscriptus, Sæc. XVII.
 liceat Officium hujusmodi solemnius A. C. 1644.
 celebrare quoad pompam exteriorem,
 non autem quoad ritum Ecclesiasticum.
 Jussit quoque eadem Congregatio die
 quarta Junii, ut reprobato duplicitis
 turribuli usu Cæremoniale Episcopo-
 rum servetur: declaratum insuper die
 decima sexta Augusti. quod Abbatibus
 Cassinensibus non liceat consecrare Al-
 taria, nisi pro usu propriæ Ecclesiæ,
 & Religiosorum ejusdem Ordinis tan-
 tum. Sacra vero Concilii Congregatio
 die decima quinta Octobris decidit,
 quod Regulares, postquam ab aliquo
 Ordinario pro excipiendis Confessioni-
 bus sœcularium sunt approbati, si
 transferantur ad commorandum in fa-
 milia alterius monasterii sui Ordinis ex-
 tra Diæcesin, in qua fuerunt approbati,
 non possint ibidem audire confessiones
 subditorum præfatæ Diæcesis, in qua
 morantur.

§. XXIX.

Benedicti Ubaldi Cardinalis obitus.

Regnante adhuc Urbano VIII. Papa *Ciattus* in
 ex Purpuratorum Collegio tres vi- Annal. Pe-
 vis eruptos legimus. Horum primus ruf. Ciacon.
 erat Benedictus Ubaldus Nobilis Peru- in vita Ur-
 sinus, qui Patrui sui cura, Romæ in ban. VIII.

F 3 probi-